Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift



INCIPIT LIBER TERTIUS DECIMUS.

MULTICASUS OPPRIMUNT NAVIGANTES. si uehementior flauerit uentus tempestas formidinem. si aura moderatior summa iacentis elementi terra erispauerit piratarum insidias pertremiscunt. atque ita fit ut fragiles animae ligno credere aut metuant periculum aut sustineant. quae utrumque altero graui et uel morte timent perpetuo. uel quamuis sustinere. Hoc in esaye pelago naugantur accidere uideo. dum enim in offenso cursu uela tendunt. et securis nautarum manibus sulcans equoris campos carina delabitur subitus languoris turbo consurgens. tanis undarum molibus et collisorum inter se fluctuum fragore resonante pauida amicorum corda pertrahunt. ut dicere cogerentur. Magister saluos nos fac perimus. Quam obrem custodiam in toto orbe terrarum unicum nobilitatis et uirginitatis exemplum non sileat pupilla oculi tui. clamaque in corde abba pater. et cum psalmista loquere. exurge ut quid dormis domine. ut in iuuenum esayam opus te orante et xpo misserante perficiam. Iam enim xiii. explanationum libros cudimus quae nec dum peruenit ad calcem. et interim donec misericors et miserator dominus paciens et multarum miserationum reddat pristinam sanitatem hanc psaeiunculam tumultuario sermone dictauimus. ut quae habentur in scedulis describantur. et plena emendatio lectoris iudicio reseruetur. Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem. et iustitia oriatur simul. ego dominus creauimus eum. Lxx. Laetatur celum desuper et nubes spargant iustitiam. germinet terra et oriatur misericordia. et iustitia germinet simul. ego dominus creauimus te. Duplex huius loci interpretatio est. Quidam enim putant herere cum superioribus quae dicunt. et cyro laetante captiuos celum terraque letari. METONOMICOS. peo quod et illos